gunt, & vel per ætatem vel quòd curioſitatem nimis oderint intelligere non laborant. Malè autem conſultoris qui ſolidam ſcientiam indè expectant. His enim loco demonſtrationum vel nudæ Authoritates Ariſtotelis, ejusq; interpretum, vel argumenta probabilia & loco Theorematum immota demonſtratione ſuffultorum, problemata objiciebantur arundinũ inſtar hinc inde agitabilia. Cum itaq; ita dubii circa ipſa fundamẽta eſſent Philoſophiæ Ariſtotelicæ auditores, imò Magiſtri: quid factum putemus adverſariis? præſertim iis qui neſcio quid quod, Ariſtotelem & omnes ejus diſcipulos latuerit, experiundo ſeſe deprehendiſſe videri volebant.

Hîc verò ludos videas; pugnas & luctas Autorum non modo inter